Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda Aurea - Cod. Aug. perg. 256

Jacobus <de Voragine>

[S.l.], [14. Jahrh.]

De sancto Iohanne Crisostomo

urn:nbn:de:bsz:31-66161

Visual Library

operatus est. et iussit eum a satellitibus
venerari. Et unus veniens ait: In he-
remo mansi et per xl. annos circa
quendam monachum laboravi et
vix tandem in lapsum carnis preci-
pitavi. Quod Sathan audiens de
solio surrexit et deosculatus eum
coronam de capite suo abstulit et
capiti suo imposuit ac ipsum se-
cum sedere fecit dicens: Magnam rem
fortiter egisti et plus omnibus labo-
rasti. Hec cum ille simul preter omnes modus
que gesserat perterruit. Cum ergo singu-
li ipse exponeret quid egissent, iu-
vis in medio prosiliit et in quantum
carnis temptatione eum de illa sanctimo-
niali femina audierat animum com-
moverit, apposuit addens quod
heri hora vespertina usque ad hoc eius
animum traxerit ut in tergo eius ala-
pam blandiens daret. Tunc ma-
lignus ipse eum hortatus est ut perfi-
ceret quod ceperat, quia illius tunc in-
ter ceteros singularem palmam teneret
percepit. Quod ut quieverit quis nam esset
ille qui iacet in templo eodem presup-
posuit. Cum autem illi vehementius pal-
pitarent et iussi ipse eum ceteris iussio-
ne signatum viderunt. Territi exclama-
verunt: Ve. ve. ve. vas vacuum et
signatum. Ad hanc vocem illa malig-
norum spirituum turba disparuit. Iude-
us autem exterritus ad episcopum venit et ei omnia
per ordinem enarravit. Quod ille
audiens vehementer ingemuit
et omnem mulierem a domo sua et
amicicia sua penitus removit
et Iudeum baptizavit. ¶ Refert
quoque Gregorius in iiii dyalogorum quod
quedam sanctimonialis ortum ingrediens
et lactucam conspiciens concupivit eam-
que signo crucis oblita est benedicere, mordi-
te momordit. Sed arrepta a dyabolo
protinus cecidit. Cum autem beatus Equitius
ad eam venisset, dyabolus cepit clamare et
dicere: Ego quid feci? Ego quid feci? Sedebam
super lactucam, illa venit et momor-
dit me. Ad imperium autem predicti viri dei
exire de ea coactus est. ¶ Legitur quod gen-
tiles per Alexandriam arma Serapis in
parietibus depinxerant. Theodosius vero
iussit deleri et signum crucis depingi man-
davit. Quo viso gentiles et sacer-
dotes ydolorum baptizati sunt dicentes tra-
ditum esse ab antiquis quod ea que co-
lebant starent donec veniret signum
illud in quo est vita. Quedam autem litte-
ra apud eos que sacra vocabatur habebat
et formam crucis quam dicebant interpreta[illegible].

De sancto Iohanne Crisostomo

Iohannes cognomento Crisostomus Antiochenus
filius Secundi et Anthuse nobilium fu-
it. Cuius vitam genus conversatio et persecutionem
ystoria tripartita declarat. Qui cum
philosophie studium impendisset, eadem hanc
deserens divinis lectionibus incumbebat.
Qui presbyter ordinatus propter castitatis ze-
lum severior habebatur et fervori ma-
gis quam mansuetudini serviebat et
propter vite rectitudinem incautus ad
futura prospicere nesciebat. In fabula-
tione arrogans audientibus putaba-
tur. In docendo erat precipuus, in expo-
nendo egregius, ad mores corrigen-
dos optimus. Regnantibus Archadio
et Honorio augustis et Damaso in
Romana sede presidente factus est episcopus qui
dum vitam clericorum repente corrigere
voluit omnium in suum odium excitavit.
Cuncti eum velud furiosum decli-

De sancto Iohanne Crisostomo.

ibat et apud omnes ei derogabatur. et quia
nunquam aliquem ad prandium invitabat.
nec ab aliquo invitari volebat. di
cebant eum hoc ideo facere quia turpiter man
ducaret. alii propter excellentem et exquisi
tum usum ciborum hoc eum facere predicabant.
Revera autem propter abstinentiam stomachum
et caput sepe dolebat et ideo prandiorum
epulas evitabat. Populus autem propter sermones
quos in ecclesia faciebat eum plurimum di
ligebat parvipendens que de eo emuli lo
querentur. Apposuit quoque Iohannes et quosdam per
rum obiurgare et ideo contra eum maior invidi
a est accensa. Aliud quoque fecit quod cunc
tos valde commovit. Eutropius nam
que prepositus imperatoris et huius consulis dig
nitate volens in quibusdam ad ecclesiam fugi
entibus se vindicare studuit. ut lex
ab imperatore poneretur. ut nullus ad
ecclesiam confugeret. immo qui dudum refuge
rant extraherentur. Post paucos autem dies
cum Eutropius regem offendisset. ad ecclesiam
mox confugit. Episcopus autem hoc audiens ad eum
sub altare latitantem accessit et orationem
increpatoriam contra eum faciens ipsum durissi
me obiurgavit. Ex quo multos offen
dit eo quod homini infelici non solum noluit
misericordiam impendere. sed etiam ulterius non destitit
obiurgare. Imperator vero Eutropium in
piens ei caput abscidit. Pro diversis quoque
causis multos homines fiducialius ob
iurgavit et ideo erat plurimis odiosus.
Theophilus autem Alexandrinus episcopus
Iohannem deponere volebat et presbyterum
quendam nomine Ysidorum intrudere affecta
bat. et ideo causas depositionis diligenter querebat.
Populus autem defendebat Iohannem et eius
doctrina mirabili aviditate pasce
batur. Sacerdotes quoque Iohannes secundum canonicas
sanctiones vivere cogebat di

cens non debere frui honore sacerdotii qui eo
rum vitam contempnerent imitari. Non solum civita
tem Constantinopolitanam strenue gu
bernabat. sed et plures civitates adiacentes
provincias imperiali auctoritate providis le
gibus ordinabat. Cumque cognovisset quod in Phe
nice adhuc demonibus sacrificia mi
nistrari. Clericos illuc et monachos de
stinavit. omniaque templa ydolorum destru
xit. Eodem tempore Gaynas quidam erat
genere Celticus. consilio barbarus. stu
dio tyrannicoque vehementer elatus. ut
riusque belli depredatus. magister mili
tum factus. Hic imperatorem rogavit ut unam
ecclesiam sibi et suis que ecclesiam una diceretur.
Quod cum permisisset rogavit Iohannem
ut ecclesiam sibi concederet. ut sic eius tyran
nidem refrenaret. At Iohannes virtute fortis
simus et totus zelo ignitus. Noli inquit
Imperator hoc promittere nec sancta canibus da
re. in hunc barbarum metuas. Sed ambos
nos iube vocari et sub silentio inter
nos que dicuntur audi. Ego namque eius linguam
sic refrenabo ut huiusmodi petere non presu
mat. Quod audiens imperator gavisus
est et utrumque altera die vocavit. Cumque
Gaynas unum pro se oratorium peteret. ait
Iohannes ubique tibi domus dei aperta est et nullus
te orare arcet. At ille. Ego alterius secte
sum et unum templum cum meis habere deposco
quia ego pro Romana republica la
bores assumpsi. et ideo non debeo immerito pe
titione contempni. Cui Iohannes plurima
premia et que tuos excedunt conatus re
cepisti. Magister militum factus es consu
lari toga insuper exornatus et oportet te consi
derare quid dudum fuisti et quid nunc es. que precessa
rit quam plena paupertas et que nunc sit copia. quibus ve
stimentis ante utebaris et quibus nunc ornaris.
Igitur quia parva labores maiora premia

convaluit contra honorantem te non sis
ingratus. Huiusmodi sermonibus eius os obstru-
xit, eumque compulit ut taceret. Dum
igitur Constantinopolitanam urbem
strenuitate gubernaret, Gaynas pre-
dictus imperium ambiens, cum in die
nichil agere posset, nocte barbaros
misit qui palacium cremarent. Tunc
aperte monstratum est quam sanctus Iohannes
custodiebat civitatem. Barbaris
enim angelorum armatorum ingens con-
fertim copiosa turba apparuit, que
ipsos protinus effugavit. Quod cum
suo domino nunciassent, ille valde
miratus est, sciens exercitum militum per
civitates alias constitutum. Cum igitur se-
quenti nocte eos iterum destinasset, vi-
sione angelorum sunt similiter effugati.
Novissime ille egressus [illegible]
ivit et fugit, existimans milites
in die latere et nocte civitatem custo-
dire. Egressus vero ad Traciam ivit
et magno aggregato exercitu multa
vastabat, timentibus cunctis barbari-
cam feritatem. Imperator igitur Iohanni sollicitudi-
nem legationis imposuit. Ille autem
inimiciciarum immemor alacriter est pro-
fectus. Gaynas autem agnoscens eius fidu-
ciam pietatemque assumptam, longo itinere
eidem occurrit, suisque oculis dexteram
eius imposuit et filios suos sacra eius ge-
nua osculari precepit. Huius namque vir-
tutis Iohannes fuit, ut etiam valde terribi-
les humiliari cogeret et timere.
¶ Eodem tempore questio mota est utrum
deus corpus haberet. Ex qua questione conten-
ciones et certamina surrexerunt. Aliis
hoc illud affirmantibus, maxime tamen
monachorum turba simplicium est decep-
ta dicentium deum forma corporea esse

distinctum. Theophilus autem episcopus Alex-
andrinus sapiebat ita ut sancta ecclesia contra
eos qui humane forme deum asserebant
contenderent, et deum incorporeum predicavit.
Quod egyptiorum monachi agnoscen-
tes cellas suas reliquerunt et Alexandr-
iam venientes seditionem contra Theo-
philum excitaverunt, ita ut eum occidere
intenderent. Ille quidem conturbatus et ti-
mens ait illis: Sic vos inquit video
sicut dei vultum. Et illi: Si vero inquiunt
dicas quod dei vultus sit, ut nos anathe-
matiza libros Origenis, quia eius oppi-
nionibus adversantur; quod si non feceris que
patitur impiis et deo rebellium sunt a nobis si-
ne dubio sustinebis. Et ille: Solu-
tione sensit: Ego quod vobis placet
faciam. Et sic monachos a suo impetu
revocavit. Scientia vero et per sanctam mona-
chi in hoc seducti non sunt sed simplices ar-
dore fidei contra fratres contrarium sapientes
insurrexerunt et multos occidi fecerunt.
Dum hec in egypto fierent, Iohannes apud Con-
stantinopolim doctrina florebat et
apud omnes admirabilis habebatur.
Cum autem arriani plurimum pullularent
et extra civitatem ecclesiam haberent, sabba-
to et dominica intra portas et porticus
congregati ymnos et antiphonas invi-
cem cantabant. Diluculo autem cum ipsis
antiphonis per mediam civitatem
portas egressi ad suam ecclesiam conveniebant.
Hec quoque ad irritationem orthodoxorum facere
non cessabant frequenter hoc decantan-
tes: Ubi sunt qui dicunt tria virtutem unam.
Iohannes ergo metuens ne simplices hui-
usmodi cantibus traherentur, instituit ut fide-
lium turba nocturnis horis ymnos et
ympnos insisteret, ut illorum opus ob-
fuscaret et fidelium proposito firmaret.

fidelium fecerat: crucesque argenteas quas cum
argenteis cereis portabant. Tunc arri-
ani zelo accensi multitudine usque ad ne-
cem insurgunt. Una quoque nocte petrum
paulus et brison eunuchus auguste
qui ad ymnos excitandos a iohan-
ne fuerat deputatus: et quidam de populo ex
utrisque partibus extincti sunt. Ex hiis mo-
tus imperator prohibuit arrianos ymp-
nos publice decantare. ¶ Eo tempore
severianus gabalensis episcopus honorabilis
apud multos probatus et ab ipso imperatore
et augusta multum dilectus constanti-
nopolim venit et a iohanne gratanter
susceptus est. Cumque in asiam iohannes per-
rexisset suam eidem ecclesiam commendavit. Ille
autem non fideliter ambulabat. Sed se ipsum
populo commendabat. Seraphium autem cle-
ricus iohannis hoc iohanni studuit inti-
mare. Tunc seviit autem severiano
non assurrexit seraphion. Ille autem in-
dignatus clamavit: si seraphion
clericus non fuit mortuus, christus in huma-
na natura natus non est. Hec audiens
iohannes rediit et ipsum tamquam blasphe-
mum de civitate eiecit. Quod augus-
te multum displicuit et ipsum fecit re-
vocari rogans iohannem ut ipsum sibi
reconciliaret. Qui nullatenus ac-
quievit donec augusta filium theo-
dosium eius genibus imponeret sup-
plicans et coniurans ut severianum
reconciliaret. ¶ Eodem quoque tempore
theophilus alexandrinus episcopus duos
fratres viros sanctissimos et monachos eiecit.
Qui constantinopolim venerunt et
principi et iohanni ea facta narraverunt. Iohan-
nes autem eos quidem honorabat. Sed ante
cause cognitionem cum eis participare
nolebat. Falsus tamen rumor ad

theophilum venit quod iohannes cum illis com-
municaret et eis auxilium ferret. At theophi-
lus indignatus non solum illos invi-
diam exercuit. Sed et iohannem deponere for-
titer se armabat. Celans quidem intentionem
suam misit ad singulares episcopos civita-
tum dicens se origenis libros velle dap-
nare. Epiphanium quoque episcopum cypri
virum sanctissimum et famosissimum cum con-
venit et amicum fecit rogans ut et
ipse simul libros origenis dapnaret.
Epiphanius propter suam sanctitatem eius fallaci-
am non attendens, apud cyprum suos
episcopos convocavit et lectionem origenis in-
terdixit. Rogans iohannem per litteras ut
se ab horum lectione librorum suspenderet
et que ordinata fuerant confirmaret.
Iohannes autem hec parvipendens in doctri-
na ecclesie laborabat et inter flore-
bat. Sed his usque de hiis que contra eum cogi-
tabant curabat. Deinde theophi-
lus odium dum celare manifestavit
et se velle iohannem deponere indicavit.
Mox inimici iohannis multique clerici et
potentes palacii tempus oportunum
invenisse iudicabant ut contra iohannem
apud constantinopolim veniret dap-
nationem librorum origenis secum ferens
et invitationem propter iohannem cum theophi-
lo declinavit et quidam propter epipha-
nii reverentiam dapnationem librorum
origenis subscribebant. Plurimi autem
hoc facere recusabant quorum fuit theoti-
mus scythie presul vir rectitudine vi-
te famosissimus qui ita respondit: Ego
inquit epiphanii eius qui dudum
bene requievit iniuriam non facio nec te
blasphemiam temptare presumo dap-
nans quod priores nostri respuere noluerunt.
Nam nec malam doctrinam in libris

et se conspicio. Qui huius conviciis inherent
nesciunt sanctipol. Athanasius autem
defensor nicene concilii contra arrianos testem
sue fidei hunc virum appellat illius
libros suis coniungens et dicens admira
bilis inquit et laboriosissimus origenes hec
de filio dei nobis testimonium perhibet as
serens coeternum eum patri. Iohannes autem indignatus
non est eum absque regulis in ecclesia sua epipha
nius ordinationem fecit. Sed cum rogabat
ut intra episcopium cum eo maneret. At ille nec se
cum eo manere nec orare respondit nisi dy
oscorum eiceret et dampnationem librorum ori
genis subscriberet. Iohanne hoc facere renuen
te adversus iohannem ab eius invidis epi
phanius incitatur. Unde epiphanius libros
origenis dampnavit et dyoscorum ad in
vidiam ac iohanni tamquam eorum defensori
detrahere cepit. Cui iohannes mandavit.
Contra regulas multa gessisti o epipha
ni primo quidem ordinationem fecisti in ecclesia
sub meo iure constituta. Deinde non quesita mea
auctoritate propria sacra celebrasti. Rursus
quidem invitatus excusasti et nunc denuo
quasi tibi ipsi confidis. Quapropter observa
ne in populo seditio oriatur et huius rei p
ericulum ipse suscipias. Hoc audiens epipha
nius discessit. Qui cum ad cyprum reversu
rus esset mandavit iohanni spero quod episcopus
non morieris. At ille ei remandavit
spero quod ad tuam patriam non redibis. Et sic eve
nit. Nam epiphanius in via obiit et
iohannes post modicum de episcopatu depositus
in exilio vitam finivit. ¶ Ad sepulchrum
hoc epiphanii multi sanati sunt demones
expelluntur. Fuit autem vir multum liberalis
ad pauperes. Qui cum quondam totam ecclesie
pecuniam erogasset et nichil sibi remansis
set, quidam subito veniens sacculum multarum
pecuniarum sibi obtulit ac discessit. Duo

unum venit aut quod abierit sanum fuit
pauperes quidam volentes epiphanium
decipere ut aliquid eis daret. Unus eorum su
pinum se in terra proiecit. Alter super
eum stans quasi mortuum flebat et quod unde
eum sepeliret non haberet. Queru
lis vocibus clamitabat. Epiphanius
autem veniens ut in pace dormiret
oravit et sepulture necessaria ministravit
hominemque consolatus abiit. Ille autem
socium pulsans. Surge hodie tuis la
boribus epulemur. Quem cum crebro pul
sasset et mortuum agnovisset ad epi
phanium cucurrit et quod acciderat nun
ciavit ac ut eum resuscitaret rogare
cepit. Ille autem eum benigne consolatus
est. Non tamen eum resuscitare voluit
ne ministris dei facile deludatur.
Unde cum epiphanius discessisset relatum
est iohanni quod eudoxia augusta eum contra epi
phanium incitasset. Qui solito zelo ac
census sermonem publice fecit quo cunctas
mulieres vituperavit. Quomodo autem
tenebat hic sermo ab omnibus est accep
tus quasi contra augustam sit prolatus. Quod
cum augusta cognovisset imperatori con
questa est dicens. Contumelia illata
uxori mee potius redundat. Motus
ad hoc imperator contra iohannem precepit sy
nodum celebrari. Theophilus festino
episcopos convocavit omnesque iohannis inimi
ci alacriter confluebant superbum
impium eum vocantes. Universi quoque
apud constantinopolim constituti.
Non iam de libris origenis tractabant
sed contra iohannem se manifestius erigebant
contendentes quod pro iohanne ipsum citaverunt.
Qui eos venit apertos inimicos in
tuente censuit ac ululante synodo
dum sic proclamavit. Illi vero quater

eum arguit. Qui cum eos refugeret et sibi nocivum fieri proclamaret, dissipaverunt eum in nullis eum culpantes nisi quod vocatus noluit obedire. Quod populus audiens ad seditionem maximam excitatus est et eum trahi ab ecclesia non sinebat, sed ut hoc ad maius referretur concilium proclamabat. Iussio autem principis compellebat eum velociter trahi et in exilium deportari. Iohannes autem timens ne seditio in populo oriretur, nesciente populo se ipsum tradidit in exilium deferendum. Quod cum populus cognovisset, importabilis seditio est exorta, ita ut etiam multi inimicorum eius ad misericordiam moverentur et dicentes eum calumpniam passum quem paulo ante delere desiderabant videre depositum. ¶ Severianus autem de quo supra dictum est hiis temporibus contra Iohannem detrahebat dicens: Et si nullum aliud crimen haberet, ei cum superbia depositionis ei sufficiens causa erat. Orta igitur contra imperatorem et episcopos in civitate seditione, ipsa augusta imperatorem rogavit ut Iohannem de exilio revocari faceret. Terremotus quoque maximus civitatem invasit dicentibus cunctis hoc accidisse propter iniustam eiectionem Iohannis. Missi sunt igitur legati ad Iohannem rogantes ut cito rediret et civitati periclitanti orationibus succurreret et in populo seditionem excitatam in populo sedaret. Alii quoque post illos et rursus alii destinati sunt qui eum cito redire compellerent. Eum redire volentem ad propria reduxerunt cum cereis et lampadibus universo populo occurrente. Ipse autem in episcopali sede residere nolebat dicens oportere hec fieri iudicio synodali et eos qui dampnaverant suam sententiam revocare. Populus autem nimio accendebatur eum in episcopali sede residentem videre et illius doctoris audire. Prevaluit igitur populus coactusque est

sermonem ad populum facere ac in sua cathedra residere. ¶ Theophilus igitur inde fugiens, qui cum Ierapolim venisset et mortuus esset eiusdem civitatis episcopus, et Plamon sanctissimus monachus eum electus. At ille cum eos refugeret, a Theophilo suadebatur ut sue electioni consensum preberet. Tunc ille promisit dicens: Quod domino placet implebitur. Crastina igitur die venientes ad cellam suam eum suscipere instanter rogabant. Qui ait: Oremus primo ad dominum. Quod dum oraret mox cum illa oratione terminum vite suscepit. Iohannes itaque doctrine sedule insistebat. ¶ Eo autem tempore statua argentea clamide circumamicta in platea iuxta ecclesiam sancte Sophie ad honorem auguste Eudoxie constituta erat, ubi milites et ceteri ludos publicos exercebant, quod quidem Iohanni plurimum displicebat cum videret hos ad ecclesie spectare iniuriam. Consueta igitur fiducia rursus linguam suam armavit, et cum oporteret principes supplicationis verbo deflectere ut a tali ludo recederent, supplicavit. Quod hic non fecit, sed impetu sui usus eloquii in ... fieret talia lacerabat. Augusta vero rursus ad suam hoc trahebat iniuriam et denuo laborabat ut adversus eum synodus iterum celebraretur. Hoc sentiens Iohannes illam infamosissimam in ecclesia protulit omeliam cuius initium est: Rursus Herodias insanit, rursus turbatur, denuo saltat, denuo caput Iohannis in mesorio concupiscit accipere. Quod factum ad iracundiam plus incitavit augustam. Vir autem quidam cum Iohannem vellet occidere, a populo est comprehensus et ad iudicandum traditur, sed apud prefectum ne occideretur exemptus est. Quidam etiam servus cuiusdam presbiteri impetum faciens ipsum occidere molitus

e qui dum aquam deferret ipsum qui tenebat
et alium astantem et tantum percussit. Tunc
clamore facto amicis concurrentibus plu
rimos interfecit. Scillo tempore populus iohem
custodiebat eum domum diebus ac noctibus
muniens. Suadente quoque augusto epi
constantinopolim venerunt et accu
satores iohis fortiter insistere ceperunt.
Cum autem festiuitas natalis domini uenisset
mandauit imperator iohi quod non cum
eo conueniret nisi communicaret eidem. Epi autem
inimici eius reperierunt non quod post de
positionem resedere in sede episcopali sine
decreto concilii presumpsisset et sic damp
nauit eum. Appropinquante tandem sollemp
nitate paschali mandauit ei im
perator non posse secum in ecclesia manere cum
eum duo concilia dampnassent. Vocabit
quoque iohes et neque in ecclesiam descendebat.
Illi qui iohi fauebant iohannite di
cebantur. Post hec autem imperator iohem
de ciuitate expelli fecit ac duci in exi
lium in quandam ciuitatem ponti ubi fines
sunt ponti imperiique Romani. Que loca
crudelibus barbaris sunt vicina. Sed cle
mens dominus non permisit diu in locis tali
bus athletam suum fidelissimum commora
ri. Hinc innocentius papa audiens mole
ste ferebat volens quoque concilium celebrare
scripsit clero constantinopolitano ne
iohi successorem aliquem ordinaret. Cum
quoque longo fuisset itinere fatigatus et do
lore capitis vehementissime crucia
tus nec non et ardorem solis intolerabilem
pateretur. sancta illa anima in Comanis. xi
iii. die mensis septembris carne so
luta est. Quo defuncto grando vehemens
in constantinopolim et omnia suburba
na descendit dicentibus cunctis hoc
dei iracundia gestum esse eo quod in

iuste ioh. fuit condempnatus. Quibus
ubi fidem fecit mors auguste paruis
sub sequuta. Quarta namque die post
grandinem est defuncta. Mortuo quoque om
nium doctore terrarum occidentales episcopi cum
orientalibus nullatenus communicare
voluerunt, donec illius sanctissimi no
men inter predecessores episcopos poneretur. Tunc
theodosius christianissimus filius predicti ar
chadii qui sui nominis et pietatem habebat
sacras huius doctoris reliquias in mense
Januarii in regiam ciuitatem transferri
fecit. Cum fidelissimo populo cum lampadi
bus et cereis obuiauit. Theodosius autem
suppliciter eum adorans reliquias pro
archadio et eudoxia genitoribus sup
plicauit ut ignoranter delinquentibus
ueniam condonaret. Dudum enim parentes
eius mortui fuerant. Hic theodosius cle
mentissimus fuit adeo ut nullum se le
dentium morti adiudicaret dicens. Utinam
esset michi possibile ad uitam et mortuos re
uocare. Eius curia monasterium videbatur
matutinas laudes agebat. Codices
diuinos legebat. Huic erat uxor no
mine eudocia que heroico metro poe
mata multa confecit. Huic quoque filiam no
mine eudoxiam que valentiniano qui
imperator fecit dedit uxorem. Hec omnia
de historia tripartita extracta sunt.
Mortuus est autem circa annos domini ccc
lxxxv. Hic terminat. Cornelio et cipriano
Cornelius interpretatur intelligens circumcisi
onem. Ipse autem intellexit et intelli
gendo seruauit circumcisionem aliquis
stulus vitiorum et est uocatus. Vel cor
nelius acerum et leos quod est populus quasi cor
nu i. fortitudo populi. Ciprianus
de acies quod est mixtura et tana quod
est sursum vel dicitur vel dicitur a capo q